

## Aduertencias para

vbi notat Panormitanus. Nihilominus, licet virtute dicti Breuis hanc minime habeant potestatem, virtute tamen Breuis Pauli. 4. poterunt dicti Fratres Sacramenta omnia Indis in illis populis de consensu Prouincialis, vel Prioris, aut Vicarii, administrare. De quo supra verb. Baptizare. §. 6.

II ¶ Aduertunt quarto, quod Religiosi Indiarum, nec per Breue Pii. 5. nec per Capitula Prouincialia sunt Curati Indorum, quia vnū quodq; recipitur per modum recipientis. Modus autem hic recipiendi in Indorum populis officium Parochi, nunquam fuit receptus à Fratribus per modum Curatorum, & vt Curati: semper enim fugerunt Fratres hoc graue onus suis humeris imponere. Itē quia ante hoc Breue Pii. 5. certissimum erat, quod Fratres non erant Curati: hoc enim petebant Episcopi ab eis, & ipsi renuebant: ergo neq; postquam venit dictum Breue, cōsequētia patet, quia in Breui nihil Religiosis iniungitur, vt Curatis, quia illa verba dicti Breuis, ibi, valeant officium Parochi exercere: non hoc probant. Nam statim Papa subdit, vt hactenus cōsueuerūt, sed antea nō erat hoc in consuetudine, ergo nec modo.

Item